



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Sub conditione positiva, vel negativa. parag. 9.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

^{3. C. final.} Substantialibus. Quare non immerito sic definit a Pontifex, non novum jus condens, sed quod est de jure naturae declarans. nec illicita est, nec Matrimonii essentia re-pugnans.

2. Atque id verum est, tametsi ab altero ex conjugibus ejusmodi conditio apponatur, quia validitas Matrimonii aequa pendet ab utriusque consensu, ut contra Covarruvias, & alios requirentes ad nullitatem, ut conditio hac apponatur ab utroque, notat Castrosp. palaus, b esto Sanchez probabilem vocet sententiam Covarruvias.

3. Cum autem haec conditiones versari possint circa tria bona Matrimonii superius dicta, Sacramentum, Fidem, Problema: Quaratur, an quaecunque conditio contra haec tria, Matrimonium intereat? Exemplum primi est: Contra te tecum donec, seu, si non inveniam pulchriorem; id enim est contra Matrimonii Sacramentum; quod est indissolubile. Exemplum secundi: Contra te tecum, si te adulterandam tradideris. Exemplum tertii: Contra te tecum, si vitabimus generare, vel educere prolem.

4. Et omnes quidem conveniunt, conditiones contra bonum Sacramenti, & Fidei in primo, & secundo exemplo allatas irritare Matrimonium, quia haec sunt contra essentia
lia Matrimonii. At de conditione contra ge-
nerationem Prolis Sanchez e putat ab ea irritare
Matrimonium, quia non fidei illius af-

tati Matrimonium, quia pari modo illius esse
sentia ipsa repugnans est.

d.G.Hurt. s. Sed G. d. Hurtad. melius distinguit;
d.7. atque, ab ea Matrimonium irritari, quando
nur. diff. apponitur conditio evitandi prolem medio
9. am illicito v. gr. si deberet evitari, sumendo re-
Vig. Re- media ad dejiciendum fœtum, occidendo,
bill. Co. vel non educando prolem suscepitam, &c. Id
nosc. enim est planè contrarium Matrimonio; non
autem irritari, quando apponitur eadem
conditio modo licito v. gr. si evitanda esset
suscepitio prolis, quia conjugus nollet petere;
quod utique licitum ipsi est, vel, quia et-
iam nollet reddere, sed cum consensu alte-
rius conjugis, puta emissio ex utriusque vo-
luntate Voto Castitatis: id enim non repug-
nat Matrimonio, cuius essentia est obligatio
ad transferendum corpus in ordine ad gene-
rationem, non vero ipsa actualis generatio,
ut supra vidimus. Quare, si actualis evita-
tio prelis fiat propter bonum finem ex utrius-
que conjugis consensu, ut fuit in Matrimo-
nio Sanctissimæ Virginis, & Sancti Joseph,

I. HÆc, vel similis positiva conditio sine

præfatione temporis. 10. anno men-
sem, si Roman adiuris, unico, & primò actu
implerit. Debet autem impleri, quam & pri-
mum moraliter possit. Unde, si occurrat mo-
ralis opportunitas, & Romam non aedes, Quarto.
solvitur contractus tui Matrimonii, si aedes,
stabilitur, & firmus redditur; jam enim
purificatur conditio. De hac conditione sic
habet Textus. f. Si in Capitoliū ascenderit, sic f. L. Hac
recipienda est. si, cum primum potuerit, a/c ea conditio ff.
derit. de conditio.

2. Contra, hæc, vel similis conditio ne-
gativa sine determinatione temporis: *Tedu-
co, si Romam non adiveris, prorsus vana est, &
nullum unquam pariet Matrimonium, quia
esset expectandum usque ad mortem, ut vi-
deretur, an ille Romam adiret, nec ne, quod
esset dicere, Matrimonium esse comple-
endum post mortem, quo nihil magis ridicu-
lum esse posset.*

3. Quoniam vero sic aliquis contrahere potest aliquando: *Te duco, modo Romanum non adieris*, maximè est advertendum ejusmodi consensum non esse sub conditione, sed sub modo. Quare Matrimonium est validū, quia est absolute contractum, & solum remanet obligatio coniugi Romanum non adeundi, seu illum modum servandi, si turpis non est.

§. X.

Monitio ad Parochos.

4. **H**Aec tenus dicta de consensu conditionato in Matrimonio locum hodie nullum habere debebunt, quia monendi sunt Parochi (quorum, & Testium assistentia est post Tridentinum necessaria ad validitatem Matrimonii) ut nunquam ejusmodi conditionatos consensus admittant. Nam licet si admitterentur, Matrimonium perficiendum ficeret per conditionis adventum, modo in superioribus explicato; nihil enim circa rem hanc Tridentinum innovavit, nihilomi-